

Mihi remitte crimina!

Omni peracta vitâ.

7. Sub calculos Ah ne voca,

Culpa scelus seqvacis

Quin nomen ob tuum leva,

Labis jugum tenacis,

Ut acquiescat cor meum,

Et prosequar nomen tuum

Timore filiali.

8. Unctum me olivô gaudii

Sana tuô cruore:

Sudoris æstu me tui

Mortis riga tremore;

Tandem tuæ in spe gratiæ

Hoc me solutum carcere

Duc ad tuos fideles.

*Alia Joseph. Clauderi.*

**J**ESU bonum ter optimum

Fons vive gratiarum!

En quam premat pectus meum

Onus molestiarum:

Imo sagittâ plurimâ

Fit laesa conscientia,

Nimisq; degravatur.

2. Mei misertus hoc onus

Antrô revelle cordis,

Quod expiavisti bonus

Summô dolore mortis;

Nec pre meis angoribus

Culpa cadam terroribus,

*Spe*